



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,  
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

**Regnault, Valère**

**Mogvntiæ, 1617**

Cap. 3. De intentione debita in constitutione finis medii,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78322](#)

fit centum dragmas propter Deum clargiri, eamque in linguis largiendis nullam de Deo cogitationem habeat, non ideo tamen fit, ut omnes illa dragmæ non sint fructuosæ, seu meritorie collocatae. A idem valere quid tale in Religiosis, qui initio suscepisti status Religiosi deuotiorunt se ad religionis pondus serendum. Nam quidquid deinceps fuerunt, quod discipline sue limitibus continetur, conducti illis ad æternæ salutis meritum, ex primæ illius voluntatis impulsu, relatione que virtuali ad Deum: nisi contraria iuruerint voluntas, per quam cursus eiusdem primæ fuit interrupsus.

Præterea quod actio non sit mala eo ipso, quod ex intentione agentis non referatur in Deum. Immo vero sit bona, etiam si meritoria non sit æternæ salutis, si obiectum habeat per se bonum, nec apponatur malus finis, aut mala circumstantia: patet, quia ex illo in peccato mortali, & per consequens priuatus charitatis, cum dat eleemosynam constituto in necessitate, non peccat: etiam si id faciat absque actuali, aut virtuali in Deum relatione: quandoquidem in ea re, nec contra lumen naturalis, aut fidei dictamen, nec contra humanæ legis præscriptum agit.

Accedit quod non licet alioqui hortari peccatorum ad agendum opera, quibus disponi possit ad recuperandam diuinam gratiam. Si enim quidquid ille agit, peccatum est per defectum relationis in Deum finem ultimum quanto magis ager, tanto minus disponetur ad gratiam recipiendam, quia tanto magis peccabit, nec peccata eam dispositionem faciunt, sed impediunt.

Tertia regula est. Indebitam esse intentionem, qua homo liberam suam actionem refert in aliud finem ultimum, quam in Deum, aut certè in Deum alicui alteri postponit. Prior pars: patet, quia ut esse primum rerum omnium authorem, ita & esse ultimum finem, pròprium est solius Dei. Duo enim haec in mutuo sequuntur, ut iudicatur per illud quod copulativè dicitur Apocal. 1. 21 & 22. Ego sum alpha & omega, principium & finis.] Quo sic ut quæcumque impium sit alium quam Deum constitueret finem ultimum, ac agnoscere alium primum rerum omnium authorem. Posterior pars similiter patet: tum ex verbis Domini Matth. 10. Qui amat patrem & matrem plus quam me, non est me dignus: ] tum ex obligatione quam habemus diligendi Deum super omnia. Tum demur, quod absurdum impiumque sit subilicere Deum cuiquam alteri bono, tanquam meliori. Vnde consequens est, quod in comment. De fin. hum. actuum num. 21. Navarr. ad monit. to: res aliquem mortaliter peccare, quicunque ita pecuniam, honores, amicos, cognatos, dominos, principes. Prælatoris: immo & seipsum vitamque suam sic amat; ut malitiam gratiam qua Deo gratus est amittere, quam praedicta bona vel personas, sive carum gratiam adeo ut ei dissentiendo conscientiam sit intercessaria considerandum esse quoties talent voluntatem habuerit.

## CAPUT III.

## De intentione debita in constitutione finis medij.

S V M M A R I V M.

- 17 Intentio est debita, qua bonum honestum propter seipsum amat, aut propter ipsum aliud bonum minus.
- 18 Indebitae est intentio qua propter bonum delectabile agitur aliquid contra honestatem.
- 19 Indebitae est intentio qua bonum honestum amat propter vtile; non relatum in aliud bonum honestum nobilitate.
- 20 Bonum vtile potest debita intentione constitui finis medius minus principialis.
- 21 Quid si ipsum constitui finem minus principalem.
- 22 Bonorum ultimum appetitus, aut contemptus de se nec bonus est ne malus.
- 23 Tres fines ex quibus appetitus bonorum honorariorum accipit beatitudinem.
- 24 Appetitus bonorum honorariorum inde est malus, vnde est vanus: quod coningit tripliciter.
- 25 De appetitu bonorum pecuniariorum, & contemptu honorariorum quid sit iudicandum.
- 26 Indebitae est intentio qua bonum honorarium aut pecuniarium exceptum sive relatione ad aliud, quod sit finis, eo aptius.

27 Duo casus in quibus id patitur exceptionem.

Finis medius dicitur, quod bonum aliud à Deo, quod in præfatione huius libri diximus distinguere in bonum honestum, & vtile, ac iucundum. Ratio autem iudicandi de intentione debita in illius constitutione continetur sequentibus regulis.

Prima est. Non tantum intentionem debitam esse, cum bona honesta in Deum referuntur, sed etiam indebitam non esse cum vel illa propter se, vel inter ipsa, quæ minorata sunt propter maiora avertantur. Huius autem ratio est: quia cum bonum honestum per se, sive per propriam sibiique instantem bonitatem, sive bonum; habet in se, per quod secundum suam naturam conuenienter terminare amorem, eiusque finem esse. Præterea in coordinatione finium sicut medijs, omnes ad ultimum referuntur, tanquam minoria & inferioria bona, ad optimum & summum omnium: sic inter fines medios, illi qui sunt bona minoria, ad eos qui bona sunt maiora tanquam ad finem, debitè referuntur. Quare debita intentione agere censendus est, non modo is qui expresa intentione Deo placendi reddit alteri quod suum est, vel fortiter se gerit in bello iusto: vel temperate vivit, vel credit in Deum, vel sperat in eo; sed etiam is qui eadem facit (prout videntur potest alicui existenti in peccato mortali, nihil cogitanti quod sit Deo placendum) quia honesta sunt, seu quia recta ratio humana, vel ratio diuina dicit illa: aut quia sunt actus virtutum præstantium: quarum unus amari vulturque debeat. Censendus similiter estis qui ieiunat ut expeditior sit ad ordinandum: quia actus inferioris virtutis, puta temperantiae referit ad actum superioris, nempe religiosis.

Si quis opponat actus abstinentia nimo cibo, vel potu, qui est actus abstinentia, vel sobrietatis, licet è amari propter virtutem & sanitatis conservationem, quæ ille melior est; sicut pœna quod est iusdem actus priuatum, peius est morte quæ priuatum est virtus. Respondendum est, quod Nauar. in citato commentary num. 2. art. 2. finem aptum, esse eum etiam ad quem suapte naturæ, seu directione quadam naturæ, me diu tendit: sicutque abstinentiam à nimo cibo & potu ad virtutem & sanitatem corporis conservationem tendere: si non ut actum virtutis, saltem ut quidam suapte naturæ ad eamdem conseruationem conducens.

Secunda regula est. Indebitam esse intentionem quæ contra honestatem, propter bonum delectabile aliquid agitur. Ratio est, quod etiam bonum delectabile sit de numero eorum, quæ propter leamibilitatem sunt, ut habitum est in præfatione huius libri; tamen quando in honestum propter illud agitur, intentio nequit esse debita: cum per eam bonum rationis, quale est honestum, bono sensu, quale est delectabile, tanquam meliori subicitur; quod est contra naturæ ordinem. Vnde cōcapientia, quæ est profectio ipsius boni delectabilis, quantumcum honestate pugnat, dicitur inordinata affectio, & constituitur peccati origo, prout exppositum est in cap. 7. libri præcedentis.

Tertia regula est. Indebitam esse intentionem quæ bonum honestum referunt ad vtile, tanquam ad finem principalem: ita nimirum ut illud amorem solummodo propter istud, quod in aliud per se bonum, rufus actus, vel virtute non referatur. Haec probatur, tum quæ bonum vtile, est tantum propter aliud amabile, ut in præfatione anno taurinus ex D. Thoma. Vnde sequitur non nisi minus principaliter, seu cu: ordine ad aliud principalem, recte amari posse: tum quia rali relatione bonum præstantium subicitur deteriori: quandoquidem bona honesta, vt virtus, scientia, vita, sunt interna; bona virtus vero sunt externa: ut de pecuniaris manifestum est. Et de honoraribz ex eo probatur, quod honor nihil sit aliud quam externum signum datum ad testimonium excellenter, quæ vel est, vel presumitur esse in aliquo. Attinacca nostra bona præstantiora sunt externis ex cap. Deteriores sexta quest. Immo ex verbis Domini Matth. 6. Nonne anima plus est quam esca, & corpus plus quam vestimentum?

Neque aduersatur huic regula, quod licet petere à Deo temporalia, iuxta illud Proverb. 30. Victui meo tribue necessaria: ] & illud orationis Dominica, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. ] Nec etiam quod ea petitio si actus religionis ex D. Thoma 2. 2. quest. 8. 1. art. 6 q̄ inde sequitur

tur quidem bonum temporale esse posse obiectum actus religionis, & per consequens finem operationis: non tamen esse finem operantis: de quo fine sermo est, cum agitur de intentione debita vel indebita. Certum est enim, illum indebito fine orare, qui orationi sua, que cultus Dei est, alium quam Deum finem principalem constituit: cum Deum propter aliud, quam propter seipsum principaliter colat.

Neque etiam aduersatur, quod in cap. 3, lib. 4. Ethic. Arist. habet honorem esse virtutis premium: quasi significet virtute praeeditum debere suas actiones ad honorem dirigentes, tandem ad finem. Nam id non ita est, cum tale quid non esse virtutis, idem philosophus in tract. lib. 3. cap. octavo satis indicauerit, quando inter species adulterinæ fortitudinis numerauit eam, quam strenue pugnatur metu pœnae: vel dedecoris, aut ad confequentis honores. Ma'um autem esse, patet ex verbis Domini Matth. 6. Attende ne iustitiam vestram faciat coram hominibus ut videamini ab eis. Itaque D. Thoma in interprete 1.2. quæst. 2. art. 2. ad 1. honos ideo premium virtutis dicitur, quod homines nihil melius habeant, quod virtuti tribuant proximij loco. Duitias vero deteriores esse non modo virtute, scientia & vita iuxta illud Eusebii 30. Salus animæ in sanctitate iustitiae, & melior est omni auro & argento: & corpus validum quam census immensus: sed etiam honorati bonis patet per illud Proverb. 22. Melius est nomen bonum quam diuitiae multæ.

De intentione qua bonum vtile constituitur finis medium,

**Q**uartam regula est. Debitam intentionem esse, qua minus principaliter propter bonum aliquod honorarium vel pecuniarium bene agitur: ut cum quis bene agit proponendo sibi quidem principaliter Deum; sed minus principaliter aliquod commodum temporale. Probatur: quia si talis intentione esset indebita, maximè ex eo esset, quod non serueretur in ea proportio obiectum ad actum: hoc est, quod res alterius ameritur quam sit amabilis. At serueratur, quia bonum quod non ex se, sed ab alio boni atem habet, anatur non proprie: sed propter illud aliud à quo bonitatem habet.

Vrauem hæc regula, cuius yus latissime patet, magis stabilita, pleniusque explorata habeatur. Notandum est i. bonum honorarium vel pecuniarium finem minus principalem ex eo censori: vel quod non expetatur propriètate finis; sed potius ut motiu voluntatis ad appetendum aliud, sicut David appetuit retributionem, iuxta illud Psalm. 118. Inclinari cor meum ad facandas iustificationes tuas proper retributionem. ] vel etiam si appetatur ut finis, non tamen consistendo in ipso, sed ipsum referendo rursus, actu vel virtute in aliud.

Notandum secundò, honorum honorariorum sive pecuniariorum appetitum vel contemptum, de se supreque natura, neque bonum, neque malum esse moraliter, quemadmodum tradit. Nauarr. in eod. comment. de finib. humanis & animalibus 54. Et confirmari potest ratione, quam D. Thoma in interprete 1.32. art. 1. ad 3. attigit: quod ipsa sunt bona extra animam, ad eius perfectionem vel imperfectionem minimè pertinet, quod quidem est, non habere in seid per quod voluntas humana moueat ad ipsa propter se vel appetenda vel repudianda. Voluntas enim cum sit in homine sicut pondus in granu, ad ipsam promouendam in perfectionem nature sue debitam; non est nata de se moueri ad quod nullum hominis perfectionem importat. Iam quod ex se non est a voluntate expetendum, vel repudiandum; neque ex se est moraliter bonum aut malum: sed solum exilio, ut ex fine in quem dirigitur. Huius ergo generis sunt bona honoraria & pecuniaria: & per consequens appetitus quoque vel contemptus ipsorum.

Notandum est tertio, ex D. Thoma in cit. art. 1. finem ex quo bonorum honorariorum appetitus bonitatem assumit, esse triplicem. Primus est gloria Dei, quam ex D. Anton. 2. part. 11. 4. cap. 1. §. 1. sibi proponit: tum is qui de suo bono complacet sibi, cognoscendo illud esse à Deo: ut David cum in Psal. 3. diceret. Tu autem Domine susceptor meus es, gloria mea, id est, interpreti ipso D. Anton. causa gloria mea. Tum is qui sibi in bono suo complacet, eo quod sit secundum Deum: ut D. Paulus cum in 2. ad Corinth. cap. 1. diceret, Gloria nostra haec est, testimonium conscientiae nostræ: quod in simplicitate & sinceritate Dei, & non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conuersatus sumus. Tum demum is qui eo fine agit, ut Deus glorificetur, iuxta illud Matth. 5. Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificant Patrem vestrum qui in celis est.

Secundus finis est utilitas spiritualis proximi, id est, ut bono exemplo vel aliqua alia ratione proficiatur proximo. Sic D. Paulus gloriam expertus, cum in priori ad Corinth. 9. dixit: Bonum est mihi mori, quam ut gloriam meam quis enauerit & in posteriori cap. 11. Quoniam multi gloriantur secundum carnem, & ego gloriabor. Ilebræ sunt & ego, &c. Hincidem Apostolus ad Rom. 12. & in posteriori ad Corinth. 8. admonet prouidere: bona non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus. Et cum duas res sint, conscientia & fama: quarum illa nobis, & hæc proximis necessaria est: qui confidens conscientiam, famam negligit: crudelis esse dicitur 12. quæst. 1. cap. Nolo.

Tertius finis est utilitas propriæ animæ. Cum enim homo teneatur magis seipsum diligere quam proximum cap. Si non licet 23. quæst. 3. sicut si appetitus laudis aut alterius boni honorarii bonus est ex relatione in utilitatem proximi; mulier magis bonus erit relatus in utilitatem animæ propriæ; nempe ut in bonis, quæ quis ex testimonio laudis alienæ in se cognoscit, studet peruerare, atque crescere. Quod est iuxta Apostolum in priori ad Corinth. cap. 2. Quia à Deo donata sunt nobis, scire, non spiritu huius mundi: sed spiritu qui ex Deo est. ]

Notandum quartò ex D. Thoma in eod. art. 1. appetitum bonorum honorariorum inde malitiam sumere, unde habet etiam vanus sit, & per consequens reprimendus; iuxta illud Psalm. 40. Filii hominum usquequo graui corde, ut quid diligitis vanitatem, & queritis mendacium. ] & illud Psalm. n. 8. Averte oculos meos ne videant vanitatem ] Vanum autem esse primò ex parte materie, hoc est, rei ex parte laus, vel aliud bonum honorarium expertus: quando scilicet ea vel non est vera, vel solum ementita quadam specie, ut virtutes adulterinæ: vel ita vilis est, ut nihil talium bonorum reatur: aut certè non tantum quantum ex ea desideratur, quo desiderio qui ducitur, merito dicitur querere vanitatem & diligere mendacium: vel deum est mala malitia culpa: propter quam gloriar, graue crimè esse posse patet per cap. Quam sit graue, De excessibus Prælatorum: reprehenditur que in Psalm. 51. cum dicitur: Quid gloriari in malitia qui porcas es in iniquitate. ] Deinde vero vanum esse ex parte eius a quo laus vel aliquid bonum honorarium queritur: nempe cum requiratur ab homine pro maiori ac certiori testimonio, quam ipse dare possit: hoc est ut Caiet. ad cit. locum D. Thoma in interpretatur; cu laus humana sit incerti parique testimonij, desideratur tanquam certum & magnum, aut etiam ultimum testimonium excellentiæ. Postremò vanum esse ex parte eius qui appetit nimisrum cum quis laudem vel aliud bonum honorarium appetit, non referendo illud actu vel virtute in Deum, vel in alium debitum finem.

Caterum hæc quæ dicta sunt de causis bonitatis vel malitiae appetitus bonorum honorariorum, accommodanda similiiter esse ad appetitum bonorum pecuniariorum moneret Nauarr. in eod. memorato comment. num. 61. Cum prius numer. 60. monuill illud quod de plurorum bonorum honorariorum appetitum statutum est, statuendum quoque esse de eorumdem cōtemptu: nempe ipsum de le, nec bonum nec malum esse: constitutaque ei pro fine gloria Dei vel utilitate spirituali proximi, vel utilitate propriæ animæ, bonum esse. Malum vero esse posse, tum ex parte materiae: ut cum quis laudem ex virtute & gratia Dei proueniens contemnit: tum ex parte modi quo contemnitur, ut minoris haberido, quam par sit, diuinum vel humanum de bonis suis testimonium: tum deinde ex parte contemnitis, ut cum quis in aliquam malum vel inordinatum finem contemnit: aut certè nullo bono & debito fine sibi præstato: etiam si nullus malus finis propositus habeatur. Ex quibus idem Nauarr. sub finem cit. num. 61. infert debere conciosatores cauere, ne cum reprehendunt abusus circa propria bona, vel absoluere eorum appetitum vituperent, vel contemptum absolute laudent.

Postrema regula est. Indebitam esse intentionem, qua bonum

bonum honorarium aut pecuniarium ita absoluē expeditur, ut neque actū, neque virtute in alium aptum finem referatur. Probatur primo: quia in tali intentione deest prīoriō obiectū ad actū: cum id quod propter aliud tantum amabile est, propter se simpliciter, & abfque relatione ad aliud amatū. Probatur 2. quia omnis actus humanus, seu deliberatus carēt bono fine, etiam si malum finem non habeat, malus est: quandoquidem homo, eo ipso quod agit delictat, debet agere propter aliquem aptum finem) quod est fundamen-  
tum D. Thomae & Caiet. i. 2. quæst. 8. art. 9. afferetur nullū dari actū in humanum in singulari, quin sit bonus vel malus, alioqui actus illius erit otiosus, & consequenter malus iuxta illud Domini, Matth. 12. De omni verbo otiosu, quod locut fuerint homines reddent rationem. Indicat enim actū humānum ex eo quod sit otiosus, esse obnoxium punitioni di-  
vinæ, & per consequens esse moraliter malum, peccatum. Actus autem quo bonum honorariū aut pecuniarium propter se expeditur, non habet finem aptum, cum sit ies minime propter se amabilis.

Veruntamen duo sunt casus, in quibus hac regula non habet locum. Alter est, de quo Caiet. 2. 2. quæst. 131. art. 1. quando talia bona appetuntur, eo quod sunt debita: tunc enim quantumvis talis appetitus fuerit absque relatione ad alium finem, non ideo tamen erit malus: quia sicut iustitia actus est dare & accipere pecuniam debitam, eo quod debita sit: ita est & dare & accipere honorem debitum, eo quod sit debitus. Pro quo facilitad ad Rom. 13. Reddite omnibus debitacui tributum, tributum: cui timorem, timorem: cui honorem, ho-  
norem.] Alter casus est, de quo Nauar. in Comment. de finib. a-  
ctuum humanorum sub finem num. 55. cum eadem bona deside-  
rantur, vel recipiuntur tanquam dona gratiosè per alium ob-  
lata ex amicitia, charitate, magnificencia, magnanimitate, vel  
humilitate: vt fieri passim soleret, cum is qui minor est, honore  
sibi à maiore delatum, etiam si induceret cum sibi non deberet,  
recipit, prout gratiosè sibi desertur. Quam receptionem esse  
actū virtutis gratia, patet ex D. Thoma 2. 2. quæst. 106. arti-  
culo 1. ad 2.

## C A P V T . I V .

*De notandis preter antedictis in iudicando de  
peccatis ex fine.*

## S V M M A R I V M .

- 28 Varietas bonorum in ordine ad debitam intentionem.  
29 Remedium ad vitandam animi anxietatem de defectu intentionis debita.  
30 Quomodo licet superiores inferioribus premia & supplicia propo-  
nunt, vt eos ad actiones virtutum incitent, & ab actionibus virtuo-  
rum reuocent.  
31 Specimen quod datur agilitati, eruditio & similiūm, quomodo  
licet debet ad consequendum premium sive honorarium sive pecu-  
niarium.  
32 Quomodo licet ab honore, plus dare in elemosynam, quam da-  
retur secreta.  
33 Duo monita circa idem.  
34 Casus in quibus appetitus bonorum vtilium est peccatum mor-  
tale.

Q Vædam sunt antedictis annexa, quorum obseruatio ad rationem iudicandi de peccatis ex fine haec tenus decla-  
ratam, multum facit. Primum est, aliquid esse, quod nunquam licet, nec propter se, nec propter aliud amatū: vt quævis culpa, etiam tantum venialis: & aliquid quod nunquam licet amatur propter aliud: vt Deus; & aliquid quod, tum propter se absoluē, tum propter aliud licet amari potest: vt bonum honestum & bonum delectabile, quod neque ex obiecto, neque ex circumstantia vietatum fuerit: & dēmum aliquid quod nunquam propter se absoluē, sed tantum propter aliud licet amari potest, vt bonum vtile, tum honorarium, tum pecu-  
niarium.

Secundum est. Ad liberandum nos omni anxietate, &  
scrupulo in iudicio de peccatis: quo definiendum est, an hu-  
manus actus, qui de se bonus est, contaminetur per in-  
debitam intentionem, remedium accommodatissimum el-  
le, iuxta Apostolum ad Coloss. 3. cia sive in verbo, sive in opere

facete in nomine Domini nostri Iesu Christi: seu in Deū tan-  
de vel actu, vel virtute referre. Nā finis non aptus, redditus a-  
ptus per relationem ad alterum aptum, prout exposcum est  
sive finem primi capitis. Quia tamen in re aduertendum est  
ex Nauar. in memorato commentario nu. 62. quod etiam si Deus  
constitutus principalis finis aliquius actionis, eiudem ra-  
men actionis minus principalem finem, constitui non posse  
bonum honorarium vel pecuniarium, nisi id ipsum adhuc  
referatur ad aliud bonum eo aptum, hoc est, quod sit bonum  
honorarium ipso vel pecuniario melius. Ratio est: quia utilitas  
includit respectum ad indigentem: qualis esse Deus nullo  
modo potest.

Tertium est: quod Deus multos ad iustitiam trahat amore  
bonorum, & timore malorum temporalium, iuxta illud Isaie  
1. Si volueritis & audieritis me, bona terra comedetis: quod si  
nolueritis, & ad iracundiam me provocaueritis, gladius  
deuorabit vos. Deinde quod multa sint iuris tum Canonici,  
tum ciuilis decisa, quibus superiores metu pecuniarum co-  
gunt subditos ad agendum bona, & abstinentiam a malis.  
Tertio, quod in quibusdam Ecclesiis statuta sunt quotidianæ  
distributiones facienda sive qui horis Canonicas intersunt.  
Quarto, quod in Academias orbis Christiani, ipso etiam  
Summo Pontifice auctore, instituti sunt quidam honores  
magisterij & doctoratus, quibus ascendunt scolastici ad  
literaturam & virtutis studium. Postrem d; quod virtus boni passim  
subditos suos tum præmis, tum supplicis inuitare soleant  
ad officia hominis Christiani: vt cum pollicentur conscientiis,  
vel ieiunantibus, se aliquid certi caturos. Hæc in quaam,  
& alia eiusdem generis, fidem faciunt, quod licet honores  
& bona pecunia appetere tanquam fines minus principia-  
les, seu mortua ad appetendum actum virtutis: non vero tan-  
quam fines principales. Erat, cum ex D. Thoma 2. 2 quæst. 10.  
art. 4. malum sit bona agere principaliter timore pœnae, iuxta  
illud, Oderunt peccare mali formidine pœnae: neque licet  
principalē finem bona actionis constituere, bonum ho-  
norarium, vel pecuniarium iuxta iam dicta, profecto superiores  
peccarent, si vel præmia, vel supplicia proponerent, tan-  
quam principales fines propter quos subditi debeatant actio-  
nibus bonis vacare.

Atque hinc illud quod ex cap. Si officia, distinc. 59. & cap.  
Quid prodet distinc. 61. & cap. Consuluit distinc. 74. ha-  
betur, licetum esse Clericis seruite in Ecclesiis, ob spem ascen-  
dendi ad dignitatem illarum: glossa ad idem cap. Quid prodet  
interpretat licetum esse, dummodo non seruant ob id  
principaliter. Item illud quod ex Cicerone iactari solet,  
Honus alit artes, omnesque ascenduntur ad studia glo-  
riæ D. Augustin. libro 5. de civit. Dei cap. 13. appropiat tantum  
ea ratione, vt secunda sim studia sine vere boni, non ven-  
tostia laudis humana; sive quod idem est, vt studiorum prin-  
cipialis finis nequaquam laus, vel aliud genus constituta-

Certè vt ista duo Christi præcepta (Luceat lux vestra cor am  
hominiis vi vident opera vestra bona, Matth. 5. Et Attende ne iusfi-  
tiam vestram faciatu cor am hominiis, vi vide amini ab eis, Matth. 6.) inter se consentiant: in priori, particula vt, sic accipienda est,  
vt indicet finem minus principalem; & in posteriori prin-  
cipalem. Ita vt habeatur ex Christi doctrina licetum esse laude  
& gloriam querere minus principaliter: illicitum vero o-  
mnino esse querere principaliter.

Quartum est, quod Nauar. in cit. comment. num. 68. expedit,  
actus illos esse bonos quibus agilitatis, roboris, ingenij, artis,  
dexteritatis, eruditio, industria, dotium que aliarum indi-  
catum aut acquisitum, specimen præbeatur si principialiter  
sunt, vel vt Deo placeatur: vel quia recte rationi coſentanei,  
honestiæ sunt; etiam si minus principaliter sunt vt obtineant  
præmia honoraria, quæ magis idoneis promittuntur: dum-  
modo rursus in aliquem finem bonum & aptum, ipsa obten-  
ta referantur actū vel virtute.

Quintum est, quod ex Gersone approbat in eodem comment. Na-  
uar. numero 72. non male immo bene mereri (nisi quid aliud  
obster) eum qui minus principali ter tantum, plus dat in  
elemosynam quæ sit publicæ, atque ceteris videntibus,  
quam daret si fieret lector d'ac nemine vidente: vel quia pro  
paupere exigitur ab amico, vel ab aliquo viro honorato:  
quam si paupere ipso; vel ab homine infirmo tantum fortis